AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 342
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



dixerunt se audire uenisse. Et nominauerunt scm̄ patrem nr̄m
catholicum episcopum ualentinū. qui tunc in comitatu erat.
dicentes cum illo se uelle audire. quod eis non poterat iudex conce
dere. qui iam secundum leges que contra uos constitutae sunt iudicabat.
Nec ille episcopus aduenerat aut aliquod tale mandatū a suis episcopis
acceperat. Quanto ergo melius ipse imperator. qui non est eisdem
legibus subditus. et qui habet in potestate alias leges ferre. cum ei
conlatio uñ fuerit recitata. Dicta ipsa causa poterit iudicare.
quamuis iam olim dicta fuerit terminata. sed ideo uos conferre
uolumus. Non ut causa iterum finiatur. sed ut eis qui nesciunt
iam finita monstretur. Quod si hoc facere nostri episcopi noluerint.
quid inde perditis. et non potius adquiritis. quia uoluntas uestra
innotescit ne diffidentia merito reprehendatur. An forte putatis
non licere fieri. cum non uos lateat quod dn̄s xp̄s et iam cū diabolo
de lege locutus est. Quod cum paulo non solum iudaei. sed et iā
de heresi stoicorū. et epicureorū. philosophi gentium contulerū.
An forte iste leges imperatoris. uos non permittunt nr̄os episcopos
conuenire. Ecce interim episcopos nostros qui sunt in regione
hipponiensi ubi a uestris tanta mala patimur. conuenite.
Quanto enim licentius et liberius ad nos per uros uestra scripta.
quā eorū. arma perueniunt. Post tremo per istos ipsos fratres nr̄os
quos ad uos misimus. talia rescribite. Si autem et hoc non uultis.
saltim cum uris a quibus talia patimur nos audite. Ostendite
nobis ueritatem. pro qua uos patidicitis per secutionem. cum pati
amur nos uestrorum tantā crudelitatem. Si enim nos esse
in errore conuiceritis. forte conceditis nobis ut non rebaptize
mur a uobis. iustum existimantes ut nobis hoc prestetis qui
baptizati sumus ab eis quos nullo iudicio damnastis. Quod presti
tis eis. quos felicianus. mustitanus. et prae et exiatus. assuri
tanus. per tam longum tempus baptizauerant. quando eos